

drupla^j clausula in potestate tradita Petro contenta:^k Prima^l attenditur
 ex impositi nominis magnitudine^l, cum dixit: Tu es Petrus et super hanc
 petram edificabo ecclesiam meam^m. Petrus enim a petra, que est Christus,
 originem trahitⁿ, ut sacri doctores exponunt Hilarius^o et Augustinus^p,
 in quo et Petri insinuatur potentia ex ipsa nominis participatione cum
 Christo⁷⁴, et hoc idem^q plane traditur dist. XXI §. Decretis^r in fine⁷⁵.
 Secunda clausula attenditur ex dominii fortitudine, cum subditur in
 auctoritate: Et porte inferi non prevalebunt adversus eam^s. Porte enim
 inferi dicuntur omnes tyranni, omnes scismatici et omnes rebelles ec-
 clesie, quibus semper male cessit non obediendo nec deferendo eidem^t.
 Tales enim merito porte inferi appellantur, quia ad ipsos^u omnes scelerati
 concurrunt, sed ultimo non prevalent, quin potius^v secundum^w merita
 suam^x reportant mercedem, ut patet manifeste in progenie Frederici,
 quia^y omnes mala morte interierunt, et ipse inter primos⁷⁶. Tertia clau-
 sula accipitur ex dominii amplitudine, cum subiungitur: Et tibi dabo
 claves regni celorum⁷⁷. Ceteri enim apostoli determinatas habuerunt
 regiones, ut apparet ex eorum gestis^z, quia beatus Mattheus in Ethiopia,
 beatus Andreas in Achaia, beatus Iohannes evangelista in minori^a Asia
 et sic de similibus. Unde^b et episcopi, qui vices gerunt apostolorum,
 ut patet dist. XXI cap. In novo, suas habent distinctas dioceses⁷⁸. Sed
 beatus Petrus in oriente ut in Antiochia <sedem suam constituit>^c, in
 septentrione ut in Ponto, Galatia et Bithinia, quibus tamquam filiis per
 ipsum conversis suam direxit epistolam^d, item in meridie ut in Egypto,

j) quadruplici V₂ V₃ R L. k) erg: cum dixit: Tu es Petrus et super hanc petram
 etc. P l-l) fehlt V₁ V₂ V₃ R L. m) fehlt V₂. n) traxit V₃. o) erg.:
 Pictaviensis (?) P p) Augustus R. q) enim R. r) de certis V₁ V₂ V₃
 R. s) eum V₂. t) eandem (?) V₃ eadem R. u) ipsas V₃. v) fehlt
 V₃ R. w) secundum zweimal V₁. x) sua V₃ R. y) qui V₂. z) dic-
 tis R. a) fehlt R. b) fehlt V₃. c) beatus Ianuarius (?) P fehlt V₁ V₂
 V₃ R L (emendiert nach Historia ecclesiastica nova [wie Anm. 2] I 10, S. 16 Z. 15).
 d) epistolas R.

74) Tholomeus, De regimine principum (wie Anm. 73) III 10, nach Matth. 16,17f.;
 Hilaire de Poitiers, Sur Matthieu II, hg. von Jean DOIGNON (Sources Chrétiennes
 258, 1979) 16,6, S. 54; Augustinus, Sermo 147 c. 3, MIGNE PL 38, Sp. 798.

75) Decretum Gratiani (wie Anm. 4) Dist. 21 dictum Gratiani a. c. 1 § 3, 1 Sp.
 67.

76) Tholomeus, De regimine principum (wie Anm. 73) III 10, nach Matth. 16,18.

77) Vgl. Tholomeus, De regimine principum (wie Anm. 73) III 10, nach Matth.
 16,19.

78) Decretum Gratiani (wie Anm. 4) Dist. 21 c. 2 § 1, 1 Sp. 70.